

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5212

Auteur(s) : Urbain III [pape]

Bénéficiaire(s) : Jersey, Saint-Hélier (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1186, 24 août

Lieu d'émission : Vérone

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Urbain [III] prend l'abbaye Saint-Hélier de Jersey sous sa protection et confirme l'ordre canonial suivant la règle de saint Augustin, les biens, les libertés et les droits de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 274, p. 365-368.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2e éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 15662, t. 2, p. 505.

Texte établi d'après a

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS CANONICIS ECCLESIE SANCTI HELERII DE GERSOIO TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Monet nos apostolice etc. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sancti Helerii, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis ALEXANDRI pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque institutionem fratrum sancti Nicholai de Aroasia in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo predicta ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, in insula de Geresi ecclesiam sancte Trinitatis, viginti unam acras terre de cultura regis in Crapouduth datam in helemosinam, quatuor acras terre ab Alano de Monte et Willelmo fratre suo emptas in parrochia sancti Clementis, septem acras terre uenditas a Willelmo de Segleriz in parrochia de Grouilla, unam acram terre datam a Roberto de Barneuilla, molendinum uille sancti Elerii datum a rege, molendinum datum a Willelmo de Asneres, quartarium frumenti concessum a Philippo de Carteret, quartarium frumenti ab Alano Soin datum, quartarium frumenti et dimidium ab eodem Alano, decem acras terre datas a fratre Roberto de Faledoit, quatuor acras concessas a Willelmo Galliceano pro anima patris sui, mariscum sancti Helerii datum a rege, vnam carrucatam terre in valle de Tremble emptam a Iordanu de Barneuilla, decimam camparti de duabus carrucatis terre in Salmaresch, quas Willelmus

de Salmeles dedit pro anima uxoris sue, et in singulis parrochiis de Geresi unam garbam de omni genere bladi ad lumen sancti Helerii et insulam de Herin cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam eiusdem insule cum omnibus pertinentiis suis, in Normannia cellulam, que uocatur Tallia, et capellam Tallie cum omnibus pertinentiis suis datas et concessas ecclesie uestre episcopo loci prebente assensum a Iordano de Barneuilla, ecclesiam sancti Pauli apud Pereuillam, ecclesiam sancte Marie de Bosco cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Rosel et terram, quam abbas B(eniamin) emit a Iordano de Barneuilla, que iacet circa castellulum iuxta Talliam, vnum quartarium frumenti datum a Willelmo de Monasteriis ; in Anglia villam de Hacg cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam eiusdem uille cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam de Hustona cum omnibus pertinentiis suis datas et concessas ab illustri Henrico rege Anglorum et nobili uiro Willelmo Hamonis sancto Helerio cum assensu diocesani episcopi. Donationes quoque alias ab eisdem seu ab aliis uobis et ecclesie uestre rationabiliter factas auctoritate apostolica nichilominus confirmamus. Libertates etiam et immunitates, quas dilectus filius noster Henricus illustris rex Anglie ecclesie uestre cartis suis autenticis pietatis intuitu confirmauit, ratas decernimus permanere. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ne ulli fratrum etc. In ecclesiis uestris tres uel quatuor fratres habentibus liceat uobis de ipsis uel de aliis honestis personis presbiteros eligere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum comittat, ut ei de spiritualibus, uobis uero de temporalibus et, si fratres uestri fuerint, de ordinis obseruantia debeat respondere. Cum autem generale etc. Inhibemus quoque, ne terras etc. Preterea nouas et indebitas etc. Interdicimus etiam, ne quis infra parrochias etc. Adicimus itidem, ne aliquam ec[c]lesiistarum uestrarum alicui concedatis, qui non uelit et debeat in persona propria ministrare, sed potius in singulis ecclesiis uestris presbiteri collocentur idonei, qui Deo in illis digne ualeant deseruire. Statuimus insuper, ne cuiquam liceat religionem domus uestre secundum regulam beati Augustini constitutam uel iura uestra seu rationabiles institutiones a patribus uestris scripto commendatas sine maioris et sanioris partis capituli consensu corrumpere uel mutare siue aliquid minuere aut superaddere, quod religioni et honestati seu utilitati uestre uel salubribus patrum uideatur institutionibus obuiare. Paci quoque etc. Crisma uero etc. Sepultram quoque etc. Obeunte uero etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sancti Marci ss.

† Ego Petrus de Bono presb. card. tit. sancte Susanne ss.

† Ego Laborans presb. card. sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti ss.

† Ego Pandulfus presb. card. tit. XII apostolorum ss.

† Ego Albinus presb. card. tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Melior presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Iacinctus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Octauianus sanctorum Sergii et Bachii diac. card. ss.

† Ego Soffredus sancte Marie in via lata diac. card. ss.

† Ego Petrus sancti Nicholai in carcere Tulliano diac. card. ss.

† Ego Radulfus sancti Georgii ad uelum aureum diac. card. ss.

Dat. Verone per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii VIII kal. septembbris, inductione IIIa, incarnationis domini anno M^o.C^o.LXXXVI^o, pontificatus uero domni VRBANI pape III anno primo.